

ANM
LXXII

1999
A
1999

20



F

Auf-

SS

SPECIMEN ANALYTICUM

super

Epistolam primam Heroidum

Ovidij

VIRIS

Admodum Reverendis, Clarissimis Devotissimis

Dn. SENIORI Dn. CONSENIORI,

nec non reliquis

Dn. Dn. PASTORIBUS & MINISTRIS

animarum Ecclesiae Goslariensis omnibus & singulis FIDE-
LISSIMIS, MERITISSIMIS.

VIRIS item

Clarissimis, Amplissimis, Spectatissimis

Dn. RECTORI, Dn. CON-RECTORI,

& cæteris Collegis vigilantissimis, meritissimis totius

Gymnasij Goslariensis respectivè colendis

devenerandis consecratum.

Autore

CASPARO URSINO Phil. M.



GOSLARIÆ,

ANNO M DC LXXVI.

SPECIMEN ANALYTICUM

Epistolam primam Herodiani

DE SENIORI DR. CONSILIARI

DR. DR. TASTORIUS & MINISTRI

DR. RECTORI DR. CON-RECTORI

CASPARO HERINGO PUL.

GOSLARIAE

ANNO M DC LXXII





αω.

Analysif Rhetorica & Logica

Epift. I. Heroidum Ovid.

Hæc Epiftola eft Gen. Delib. Nam fva detreditum Ulyffi.
Conftat Tribus Partibus.

I. Exordio. II. Propositione. III. Confirmatione.

I. Exordium Rectum eft fine omni circuitione à Persona mittente. Singula tamen verba Emphafin fpirant.

Hanc tua Penelope lento tibi mittit Ulyffe.

Hanc fc. Epiftolam κατ' ἐλλειψιν, metri caufa, licet alij aliter. Penelope prouore per antonomafiam. Ingens hæc matrona Caftitatis Exemplum à Pelopibus, exofita cum effer fertur nutrita, ficut Cyrus & Romulus cum Remo; in SS. Scripturâ, Mofes Theander ille mirabilis paterno Dei affectu fervati leguntur. Laudibus Penelopes ferè omnes delectantur aquilæ fapientum vid. Hom. Odyff. 24. Plato: πηνελοπης ἰσὸν μεταχειρίζεσθαι. Et Arist. Philofophiæ contemptores fimiles aiebat procis Penelopes, quippe qui Dominæ copiâ negata, ad ancillas affectent viam, in παιδ; Ulyffe pro Ulyffeu antiq. aut per apoc. Ulyffee probat Prif. l. 7. Lento pro incuriofo, otiofo metaph. fic lentus in umbrâ Ecl. 1, falix prop. lenta dicitur Ecl. 3.

Hoc Exordium illuminat Figurâ quæ ἐπ' ἀνόρθωσις Rhetoribus audit: Nil mihi reſcribas attamen.

II. Secunda pars hujus Epiftolæ eft propositio:

Ipfè veni. Pulcherrimè hæc formata eft ad mentem Poéticam vid. Scal. 4. Poët. Arist. de Poët. Horat. de Arte Poët. Voff. de Poët. Sabin. Taubm. &c.

III. Pars eft Confirmatio conftat 5. Argumentis.

1. à facili. 2. ab Exemplo. 3. inutili. 4. periculofò. 5. à neceffario ſumuntur.

A 2

N. fa.

I. Argum. 1. à facili.

N. facile negandum dilecto.

Reditus tuus est facilis. E. Veni. per ἰσοδυνα μὲντα.

Conclusio est in propositione. Major omīssa est.

Minoris loco ponitur possibilitas. Troja jacet certè.

Hanc exornat. 1. Adjuncto. 2. per τὰθ⊙. α. Indignationis

β. voti. γ. Timoris. 3. Repetitione Propositionis.

1. ab adjuncto.

Troja jacet certè Danais in visu puel.

Danais pro Græcis metonym. Hom. β. Δαναοὶ à Danao Græcorum fundatore. Invisa dicitur Troja, quia maritos omnes abstraxit ad bellum.

vid. Iliad. 2.

2. per τὰθ⊙ triplex α. Indignationis. β. voti. γ. timoris.

α. Indignationis:

Vix Priamus tanti totaq; Troja fuit.

β. Voti:

Outinam tunc, cum Lacedamona classe patebor

Obrutus insanis esset adulter aquis.

Classis h. l. est Synech. totius. Insanis metaph. Adulter antonomasia. pro Paride qui Helenam absente marito abduxit. Hoc votum illuminat Triplici consequenti: nempe,

1.

Nonego deserto jacuisssem frigida lecto

2.

Nec querere tardas ire relicta dies.

3.

Nec mihi quarenti spaciosam fallere noctem

Lassaret viduas pendula tela manus.

Jacuisssem pro jacerem Ennall. Frigida metaph. Fallere metaph. telam texuit Laerti mox morituro. γ. Timoris. ubi figuræ 1. Interrog.

2. γνώμη

3. Hyposypof. 4. μερισμὸς & 5. Repet. Propof.

1. Interrog.

Quando ego non timui graviora pericula veris?

2. γνώμη.

Res est solliciti plena timoris amor.

3. Hypotypof.

In te fingebam violentos Toas ituros

4. μέρισμ⊙

1. Hectoris.

2. Antilochi.

3. Patrocli Menoetii filij.

4. Tlepolemi.

5. omnium Græcorum cum Correctione & repetitione Propositionis.

Hectoris.

Nomine in Hectoreo pallida semper eram

Antilochi.

Sive quis Antilochum narrabat ab H. victam

Antilochus nostri causa timoris eras.

Patro-

Patrocli. *Sive Menoetiaden falsis cecidisse sub armis
Flebam successu posse carere dolos.*

Tlepolemi. *Sanguine Tlepolemus Lyciam tepesecerat hastam
Sanguine Tlepolemi cura novata mea est.*

Hector filius Priami fortissimus Trojanorum de quo Hom. Virgil. Ovid.
& Di&ys Cretens. Dar. Phryg. & quis non? Antilochus causa timo-
ris erat. Hic præter rem Politianus mis. 76. curiosus est, ex Hom. Il. 13.
Amphimachum censens substituendum. Verum sciendum: Decorum
hic latere poëticum, matronæ turbatæ, quo de vide Taubm. in 1. Eclog.
ad illud: Aut Ararim Parthus bibet. Dares Phrygius legit Archilo-
chum. vid. Q. Calab. l. 2.

Patroclus vocatur hic Menœtiades Menœtii filius hic arma Achillis
indutus ab Hectore occisus & miserè laceratus Achilli mœrorem incuf-
sit Il. ω. dicitur *μενοιτίς ἄλκιμος υἱός.*

Tlepolemus qui ex Rhodo 9. naves adduxit Il. β. Lyciam hastam pro
Sarpedonis hasta qui Lycios duxit Il. β. Virgil. I. Æn.

Hunc *μερισμόν* excipit Occupatio. Diceret Ulysses Existimasné
Græcos tantum cecidisse, nullos Trojanos?

Resp. *Deniq, quisquis erat castris jugulatus Achivis
Frigidius glacie pectus amanti erat.*

Jugulatus spec. pro Gen. occisus. Achivis i.e. Græcis pars pro toto
Frigidius glacie hyperbole est.

5. Repetit propos. *Sed bene consuluit casto Deus æquus amori
Versa est in cineres sospite Troja vir*

Quasi diceret: jam possibile est tibi ut Redeas.

Argumentum secundum ab Exemplo petit.

Omne bonum Exemplum est imitandum.

Reditus est bonum Exemplum. E. Imitandus.

Conclusio est v. 2. Major deest. Minoris loco ponitur ipsa actio.

Argolici rediere Duces. Argolici Argæi Argivi ab Argis Agame-
mnonis aula pars pro toto. Duces meton. aut Syncchd. Hanc exornat 1.
ab adjunctis victimis & anathematibus, 2. ab adjuncta lætitia. 3. Hy-
potyposi. 4. Topographia, 5. Testimonio. 6. per *ωάβ* à timo-
re & audacia suæ & Ulyssis personæ. I. Ad,

1. Adjuncta victimarum & Anathematum dicitur

Altaria fumant. i.e. fumus indicat pigres immolasse victimas. Ponitur ad patrios præda Deos. Sic Jovi statori Romulus: sic vexilla in templis Galli Hollandica suspenderunt: vidimus 2000. vexilla Germanis, Danis, Polonis, Moscis erepta in Svecorum templo suspensa cum Holmiæ ageremus sic Rostra Rom.

2. ab adjuncta læticia,

*Grata ferunt nymphæ pro salvis dona maritis,
Illi victa suis Troica fata canunt.*

3. Hypotyposi :

*Mirantur justiq; senes trepidaq; puella
Narrantis conjux pendet ab ore viri
Jamq; aliquis positus monsteat fera prælia mensis
Pingit & exiguo Pergama tota mero.*

Pingit pro delineat Spec. pro Gen. Pergama pars est, mero. Spec. pro quavis materia liquida.

4. Topographia: Hac ibat Simois: Fluvius qui in Xanthum se exonerat. Sigæia tellus promontorium.

*Hic steterat Priami regia celsa senis.
Illic Æacider, illic tendebat Ulyssus
Hic lacer admissos t. Hector equos.*

Æacides i.e. Achilles ab Æaco avo, dicitur alias Pelides à Peleo patre. Tendebat i.e. tentoria sua fixerat Ulysses. Hic lacer admissos terruit H, equos. Achilles enim Hectorem adeò fœdavit ut equos consternaret ejus ad spectus 2. Æn. Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros, vid. Jl. x. prolixè.

5. Addit Testimon. *Omnia namq; tuo senior te querere misso
Rettulerat gnato Nestor at ille mihi
Rettulit & ferro Rhesum, Dolonag; casos
Utq; sit hic somno proditus ille dolo.*

Nestor Pyli rex oratores omnes superavit, cujus vox melle dulcior Homero dicitur. Trisecli senex. Rhesus rex Thraciæ qui cum 12. equis niveis venit. Dolon à Trojanis ad Græcos explorator missus ab Ulyssè & Diomede intercipitur, & cum affirmasset ea nocte Rhesum affuturum cum equis albis qui fatalem Trojam & insuperabilem facturi essent si Xanthum bibissent, occiso Dolone omnibus viribus festinat ad præoccupandum Rhesum quem etiam dormientem occidit & equos abduxit Jl. 10. metam. 13.

Utq;

Utg. sic hic somno proditus ille dolo.

Hic versus optime intelligitur ex 13. lib. metamorph. ubi Ulysses omnia enumerat.

Hic respicit Rhesium: Ille Dolonem contra Grammaticos. Hoc testimonium quia terrorem præ se fert insignem per πᾶσιν & exaggerat dicendo:

*Ausus es o nimium (sc: audox) nimiumq; oblite tuorum
Thracia nocturna tangere castra manu.*

*Totq; simul mactare viros adjutus ab uno
At bene cautus eras & memor ante aese.*

*Utq; metu micuere sinus dum victor amicum
Dictus es Ismaris isse per agmen equis.*

Q. dicat: Cor mihi tremuit audienti te rediisse ad amicum agmen Græcorum cum Ismarijs (Thracijs pars pro toto Ismarus enim mons Thraciæ) equis ex tanto periculo 1. ratione tui nimis audax. 2. ratione tuorum quorum oblitus es. 3. ratione hostium castra. 4. ratione temporis Noctu, 5. ratione multitudinis tot viros ab uno.

At bene cautus eras & memor ante mei.

Nam cum eundem esset in bellum furorem simulabat Ulysses juncto asino & equo, salem item seminabat ne à Penelope novus maritus abstraheretur: Quem fraudem Palamedes qui delectum militum habebat detexit, posito in agrum Telemacho filiolo, quem ne læderet Ulysses sustulit aratrum. Coactus igitur unã ire Palamedem postea in puteum demissum saxi obruit.

Micare in tenebris. vid. Erasm. Ciceron, Casaub. Buchner. Voss. &c. micat ignibus Æther. 1. Æn.

III. Argumentum ab inutili.

Omne inutile est omittendum. Emanatio tua est inutilis E. tua emanatio est omittenda. E. redi.

Conclusio colligitur ex v. 2. Major omissa est. Minor ponitur figurata gemina Interrogatione.

Sed mihi quid prodest vestris disjecta lacertis

Ilios & murus quod fuit ante, solum?

Si maneo qualis Troja durante manebam

Virq; mihi de pro fine carendus abest?

Quas

Quam diceret: Tua emansio mihi est inutilis, quid enim prodest deso-
lacio Trojæ, imo nocet mihi, redi igitur. Lacertis Synech. partis. Vel
meton. subjecti. Ilios pars pro toto. Nam Ilium arx erat ad caput
Trojæ. Jam illustrat hoc argum.

1. Topographia.
2. Querela.
3. Testimnio.
4. per *πάλαι* doloris sui voti prioris & ejusdem eventus.
5. per hyperbolen perturbationis.
6. Dubitatione.
7. Mimesi.
8. Correctione.
9. Rep. Propositionis.

1. Topogra-
phia est:

*Diruta sunt alijs uni mihi Pergama restant
Incola captivo qua bove victor arat.
Jam seges est ubi Troja fuit, ressecandaq; falce
Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus.
Semi sepulta virum curvis feriuntur aratus
Ossa, ruinosas oeculit herba domos.*

Hæc est ἐξήγησις per Hypotyposin desolationis, Pergama seu Troja
est subjectum. Adjuncta 1. diruta, 2. aratio, 3. sanguis Phrygum i.e. ho-
minum spec. pro Gen. 4. Pinguedo, 5. Ossa, 6. ruinosæ, 7. herba,
dumus.

2. Querela. *Victor abes nec scire mihi qua causa morandè
Aut in qualateas ferreus orbe, licet.*

Hæc querela vim habet propositionis: redi.

3. Testimonio triplici. Generali & gemino speciali.
General. *Quisquis ad hac vertit peregrinam litora puppim
Ille mihi de te, multa rogatus abis.*

Jam sequuntur duo specialia 1. Pyli. 2. Spartes.

*Nos Pylon antiqui Neleia Neëtoris arva
Misimus incerta est fama remissa Pyle.
Misimus & Sparten, Sparte quoque nescia veri est,
Quas habitas terras aut ubi lensus abes?*

Hæc est Interrogatio, habens vim repetitæ propositionis, ac si diceret
Noli abesse sed redi Ulysse: 4. Per

4. Per πείθει Indignationis sui voti prioris, cum triplici Consequenti
Utilius starent etiam nunc mœnia Phœbi
Irascor votis heu levis ipsa meis.

Mœnia Phœbi i.e. Troja pars pro toto. Phœbus autē extruxisse Trojam fertur. Neptunus eandem evertit vid. Hom. & Virgil. l. 2. Æn. Jam Triplex consequens, *Scirem, ubi pugnares & tantum bella timerem*
Et mea cum multis juncta querela foret.

Consequens 1. est noticia scirem ubi pugnares. 2. bella tantum. 3. Solamen miseris socij. His omnibus opponit Timorem omnium rerum adeo ut ignoret quid timeat hyperbolicè.

Quid timeam ignora, timeo tamen omnia demens
Et patet incuras area lata meas.

Has curas amplificat per μεγιστόν Rhetoricum maris & Terræ.

Quacumq; equor habet quacumq; pericula tellus
Tam longa causas suspicor esse mora.

Maris pericula sunt 1. Venti. 2. fluctus. 3. pirata. 4. scopulus. &c.

Terræ 1. latro. 2. morbus. 3. penuria. 4. fera. &c. &c.

5. Dubitatione. Hæc ego dum stullè meditor (quæ vestra libido est) esse peregrino captus amore potes. 6. Mimesi. Forsitan & narres, quàm sit tibi rustica conjux, quæ tantum lanas non finat esse rudes. 7. Mox Correctione: Fallar: & hoc crimen tenues vanescat in auras. 8. Repetitione propos. Nevé revertendi liber abesse velis.

IV. Argumentum sumit à periculo.

Omne periculosum est fugiendum. Tua absentia est pericul. E. fugienda. E. redeas. Conclusio est in v. 2. per contrarium. Major desideratur.

Minor probatur 1. damno Conjugis. 2. Omnium Bonorum.

Illustratur causa impulsiva: Occupatione: & Correctione.

Caus. Imp. *Me pater Icarus viduo discedere lecto*

Cogit, & immensas increpat usq; mors.

Occupatio: Cur non nobis alicui Principum? Respondet:

Increpet usq; licet, Tua sim tua dicar oportet

Penelope conjux semper Ulyssis ero.

Correctio. *Ille tamen pietate mea, precibusq; pudicis*

Frangitur & vires temperat ipse suas.

II. Damno bonorū omniū. Proponit 1. hypotyposi 2. illustras μεγιστόν.

Duli.

B

*Dulichij, Samijq, & quos tulit alta Zazynthus
Turbarunt in me luxuriosa proci.*

Δολιχίωτε Σαμῆτε καὶ ὕληεντι Ζακύνθῳ Odyss. 1. Ruunt pro ruit
synthesis Numeri. Proci synec. spec. Hanc illustrat per *μερισμὸν* ut hy-
potyposis clarius elucescat: 1. Pisandro. 2. Polybio. 3. Medonte. 4. Eury-
macho. 5. Antinoο. *Cum ἀποδιώξει.*

Quosvè alios referam? quos omnes sanguine alis tuo.

Medontem vocat dirum volebat enim occidere Telemachum Ulyssis fi-
lium Odyss. 4. Eurymachum & Antinoom avidos nolebant enim dare
quicquam Ulyssi sed percutiebant Odyss. 17. 18. Hoc argumentum acuit
annexo consequenti turpissimo: quod etiā Jrus mendicus & Melanthius
nequam homines quia vident omnia pessum ire accedant, quos antea pu-
dor retinuerat. Melanthius erat caprarum custos, & optimas adducebat
ratus: arbore dejecta quemvis ligna colligere. Hic dedit arma proci con-
tra Ulysssem Odyss. 22. Jrus egens pecorisque Melanchius autor edendi.

Ultimus accedunt in tua damna pudor.

V. Argumentum à necessario sumit.

Omne necessarium est ungendum. Tuus Reditus est necessarius. E. urge eum h. e.
redi. Conclusio est in v. 2. Major non extat. Minoris loco ponitur *μερισμὸς* à per-
turbatâ persona. Nam totum ponendum erat prius sc. nemo hic est qui resistat,
jam sequeretur recte distributio.

Tres sumus imbelles numero: sine viribus uxor,

Laertes & Telemachus. Hunc illuminat. 1. adjuncto Eventu. 2. Voto. 3. Testi-
monio. 4. Occupatione gemina.

1. Eventu ad-

Ille per insidias panò est mihi nuper ademptus,

juncto

Dum parat invitis omnibus ire Pylon.

vid, Odyss. 4 ibi petit Antinoos ut sociis & nave accepta sibi liceat ire obviam Te-
lemacho: meditabatur enim perniciem.

2. Voto:

Dij precor hoc jubeant, ut euntibus ordine fatis

Ille meos oculos comprimat ille tuos.

3. Testimonio. Idem faciunt bubulcus, subulcus & nutrix quorum nomina
Hom. Odyss. 17. 18. 19.

4. Προλήψι gemina 1. Laertis. 2. Penelopes. Cur Laertes non compescit porcos
istos? Respondet;

Sed neq, Laertes, ut qui sit inutilis annis

Hostibus in medijs regna tenere potest.

Hanc προλήψιν per Correctionem amplificat:

Tolemacho veniet, vivat modo fortior etas

Nans erat auxiliis illa tuenta patris.

Alter

Alterā occupatio: Cur Tu tanquam Regina non obstitis, Resp.

Nec mihi sunt vires inimicos pellere tectis

Repetit propof. Tu citius venias portus & auratus,

Allegoria à re naurica desumpta. Tandem concludit & Tria Capita carissima quasi stimulos in animo Ulysis relinquens: inquit Filius regius tuus Telemachus jam regaliter erudiendus. Pater tuus senectute summa sepeliendus. Uxor curis consumpta est. Memor horum redi.

Est tibi sitq, precor natus; qui mollibus annis

In patrias artes erudiendus erat.

Patrias artes intelligit Exercitia regalia de quibus Virg. l. 5. Æn. &c.

Respice Laërten ut jam sua lumina candas.

Vid. Vall. in Recip. Pron. qui h. l. carpit Ovidium. Sed legendum existimo: condat.

Extremum fati sustinet ille diem.

Ita Filius tuus unicus erudiendus Pater summa senectute sepeliendus est: quæ sanè pignora tibi erunt carissima. Nam ego jam curis & dolore exhausta formam perdididi omnem, ideò licet hodiè venias tamen nil nisi matronam senio confectam invenies.

Certè ego quæ fueram te discedente puella

Protinus ut (pro etsi) redeas fasta videbor anus.

Grammaticalia temporis, molis, & sumptuum ratione habita non adjeci, quod hæc ferè nemo non noverit tractare, Rhetorica & Logicalia non item. Ideò Analysis hæc non audit Grammaticalis, &c.

αω.


Imitatio uncule ad Epist. i. Heroid. de Excid. Magd.

Ecce jacent Paphia flammis exusta puella
Mœnia, vix tanti cum duce miles erat.
Otinam, sedem Veneris cum Marte petebat
Obrutus Albifluis Tyllius esset aquis!
Non ita combustis jacuissent fragmina templis,
Nec gemeret tardos litus abire dies,
Otia nec reliquo quærenti fallere civi
Obrueret madidas auxilia cura genas.
Num timuisse queunt majora pericula Turci?
Res est solliciti plena furoris HONOR!
In te rumor erat violentos esse Croatas
Nomine Casareo pallida semper eras;
Sive quis ignivomos narrabat ab aggere missos
Illi tristitia causa fuere, globos;
Seu Papenheimiaden fictis venisse sub armis
Elebant, te innumeros circumjisse dolos!

Sanguis

anguine Teutonico pulsus fuit hostis ab urbe,
 Sanguine profuso cura novata tua est.
 Veniq; quisquis erat sumptis jugulatus in armis
 Pectora erant gelida frigidiora nive.
 Ad bene consuluit Lacera Deus optimus urbi
 Incineres Tylli gloria versa tua est!
 cesarei rediere Duces; idola coronat
 Pontificis victi prada relata loci.
 rata ferunt fratres pro fractis munera muris
 Illi victa suis urbica fata canunt.
 Tirantur justiq; senes, stupefactaq; pubes
 Narrantis pendet patris ab ore puer.
 Nunc aliquis monstrat ducta fera praelia creta
 Pingit & exiguis mœnia tota, notis
 verat hæc Albis fluvius notissimus orbi,
 Hæc steterant sancto templa dicata Deo,
 Hæc Papenheimiadis, sunt hæc tentoria Tylli
 Hic bellatrices conseruere manus.
 Scilicet elapsus narraverat omnia miles
 More bonum captos interisse Viros.
 retulit & patria quo fato proditor usus
 Quodq; sit is fucos proditus ipse suo.
 usus es omnium! nimiumq; oblitus honesti!
 Patria pestifero prodere tecta dolo
 Ah! dolor est tanta Civis mactarier urbis!
 At bene cantuseras & memor ante tui.
 Isq; metu micuere sinus, dum dicitur hostis
 Per vallum instructos ducere Marte viros.
 Nunc indigestum rudus est, ubi marmore quondam
 Vidimus excelsas luxuriasse domos.
 Semisepulta ligone virum feriuntur adunco
 Ossa, ubi quis luteas vult renovare casas.
 Quisquis adhuc vertit Boreales littora puppes
 Is graviter de te plurima questus abit.
 Quicquid & aquor habet, quod terra, quod aura, quod ether
 Optat, ut unanimis juncta querela fiet! &c. &c.

F I N I S.





99 A 6919

ULB Halle 3
002 631 202




56.

Reho. ✓

VD17







53.
al.
SPECIMEN ANALYTICUM
super
Epistolam primam Heroidum

Ovidij

VIRIS

Admodum Reverendis, Clarissimis Devotissimis

Dn. SENIORI Dn. CONSENIORI,
nec non reliquis

Dn. Dn. PASTORIBUS & MINISTRIS
animarum Ecclesiae Goslariensis omnibus & singulis FIDE-
LISSIMIS, MERITISSIMIS.

VIRIS *item*

Clarissimis, Amplissimis, Spectatissimis

Dn. RECTORI, Dn. CON-RECTORI,
& cæteris Collegis vigilantissimis, meritissimis totius
Gymnasij Goslariensis respectivè colendis
devenerandis consecratum.

Autore
CASPARO URSINO Phil. M.



GOSLARIÆ,

ANNO M DC LXXVI.